



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Antonii Bynaei de Calceis Hebraeorum Libri Duo

Bynaeus, Anthony

Dordraci, 1682

Error Balduini & Glossæ ordinariæ.

urn:nbn:de:hbz:466:1-12835

180 De CALCEIS HEBRÆOR.

Cic. de
Divin.
lib. 2.

tingeret effringi, malum omen credidisse, adeo ut suscepta negotia desererent, uti diserte testatur Cicero in Divinatione, ubi sic ait: *Quæ si suscipiamus, pedis offensio nobis, & abruptio corrigiæ, & sternutamenta erunt observanda &c.* atque illud omen veteres portendere credidisse, rem susceptam haud feliciter progressuram, aut finistro aliquo casu impediendam: quemadmodum iis, quibus in itinere corrigiam calceamenti continet abrumpi, non parvo abruptio illa impedimento est, ita ut iter incepturn retardet. Unde, addit, qui sacram paginam Glossa, quæ dicitur ordinaria, illustravit, locum illum Jesaiæ: Non rumpetur corrigia calceamenti ejus: Apposite sic interpretatur: Non impeditur in itinere Dominus. Ut eum significet re nulla retardandum, quin brevi sit in hostes iracundiæ suæ tela, vindice dextra contorturus. Sed, præterquam quod ex iis, quæ à nobis observata sunt, satis appearat, non ad omen aliquod hoc pertinere, sed ad militum summam alacritatem, qui ne quidem

20-

zonam solverent, vel calceos exuerent, erravit plane Gloffe, que dicitur, Ordinariæ compilator, atque in errorem induxit eleganssimum Balduinum. Etenim non de Domino dicitur, *non rumpetur corrigia calceamenti ejus*, sed de gente valida atque expedita, quam contra Judæos se excitaturum Dominus minatur.

VIII. Prætermittendum hic non est, apud veteres proprium fuisse servorum ministerium, & quidem viliissimum, solvere corrigias, sive vincula calceorum domini, h. e. exuere calceos, uti jam dudum observarunt homines eruditi. De Græcis locus est apud Platonem: *πλατωνει, οντος αλκιβιαδη συμποσιον, ινα μαρτυρησαντοι: Solvite calceos, pueri, Alcibiadæ, ut accumbat.* Et apud Æschylum:

Æsch. in
Agam.

————— ὑπαί τις δρόβύλας,
Αὐτοι τάχος, πέρδαλος ἐμβασιν ποδος.

*Aliquis mihi soleas solvat ocyus,
queis itinerantis induebantur pedes.*

De Romanis idem constat vel *Terent.*
ex illo vulgato apud Terentium: *Heaut.*
Accurrunt servi, soccos detrahunt. *Aet. I. sc. II*

H 7 Apud